



**Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor
Partes Distributæ Pars ...**

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Quæst. VII. De Ordine Charitatis Sui-ipsius, & Proximi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

pter ipsius virtutes, conjunctionem in natura & ordinem ad eundem finem diligas. Ex quo consistit perfectio operis. Estque eadem dilectio ordinariè purior, carens scilicet aliis respectibus, qui dilectionem amicorum circumstare possunt & solent. Aliunde dilectio amici habet nobilius objectum & amore dignius titulo amicitiae, ex quo etiam est magis seu specialius debita. Ordinariè etiam est magis intensa seu ferventior.

72. Facta verò ad invicem comparatione, censent Varii dilectionem amici esse simpliciter meliorem. At Durandus, Gabriel Conneck, Wiggers, Arriaga & alii plures (& problematicè defendit S. Bonaventura d. 30. art. 1. q. 6.) rectius censent, ceteris paribus, videlicet si amico & inimico pari affectu & motivo par bonum desideretur, dilectionem inimici esse ordinariè simpliciter excellentiorem & magis meritoriam. Quod ipsum videtur conforme communi sensui hominum. Ipsi quæ Christus dilectionem inimici tamquam quid magis meritorium commendat *Matth. 5. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros &c. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? &c. Estote ergo perfecti &c.* Idem indicat Apostolus ad *Rom. 5.* arguens à minori ad majus: *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.*

Ordinariè tamen & ceteris paribus dilectio inimici est melior & magis meritoria.

Probat ex Scriptura.

Consonant Patres. *Augustinus Enchirid. c. 73. Minus enim magnum est erga eum esse benevolam sive etiam beneficium, qui tibi malis nihil fecerit. Illud multo grandius, & magnificentissima bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas. Chrysostomus Hom. de Cruce & Latrone. Gregorius Hom. 27. in Evang.*

73. Patribus.

Et ratione.

Ratio est: quia excessus, qui sumitur ex difficultate hujus dilectionis, ex qua ipsa fit opus maxime heroicum & perfectum, magis æstimandus est, quam excessus qui sumitur in dilectione amici ex nobilitate objecti, qui respectivè parvæ considerationis est in bonitate dilectionis ex charitate Dei.

74.

Quo sensu Christus dicat non esse majorem dilectionem, quam subire mortem pro amicis.

Nec obstat illud Christi *Joan. 15. Majorem hanc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Nam pariter verissime substitui posset: *Pro inimicis suis.* Non enim comparatur dilectio amicorum dilectioni inimicorum usque ad mortem, sed mors pro amicis tolerata, omnibus aliis dilectionis operibus, quæ amicis exhibentur, præfertur, q. d. majus dilectionis opus nemo erga amicos (idem est de inimicis) ostendit, quam ut vitam (quæ nil pretiosius inter omnia quæ causâ alterius contemni possunt) impendat pro iis,

quos diligit. Aliàs si institueretur comparatio inter amicos & inimicos, diceretur cum *Bernardo Serm. de Pass. Domini*, verbis Christi subjungente: *Sed tu Domine majorem, charitatem, habuisti, qui vitam posuisti, etiam pro inimico.*

Non obstat etiam, quòd pejus sit odisse amicum, quam inimicum. Inde enim in moralibus non semper sequitur oppositum esse melius; scilicet amare amicum, quam inimicum. Furari namque pejus est, quam non ingredi religionem, & tamen ingredi est melius, quam abstinere à furto. Fortitudo est perfectior temperantiâ; & tamen intemperantiâ est peior pusillanimitate. Turpius est vinci à puero imbelli, quam à forti armato; & tamen generosius est hunc vincere, quam illum. In præsentia itaque odium amici est pejus, quia est majus debitum eum veluti conjunctiorem amandi, faciliorque præcepti observantia, & pauciora transgrediendi motiva: et si melius sit amare inimicum, veluti minus conjunctum, amari difficilem, & odii pronum. Ceteris tamen paribus oppositum melioris est pejus, & corruptio optimi pessima.

75. Et eo quòd pejus sit odisse amicum non sequitur amorem oppositum esse meliorem amore inimici.

QUÆSTIO VII.

De Ordine Charitatis Sui ipsius, & Proximi.

POST Deum diligere quisque debet semetipsum, ut habet indubitata omnium doctrina, & ratio cuique insita tradit: Charitas enim inclinat potius in bonum sui subjecti, quam alterius extranei, ob conjunctionem seu proximitatem diligendi. Unitas enim potior est unione. Ideoque in præcepto Christi *Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, partim indicatur & supponitur necessaria dilectio sui ipsius, ut notat *Augustinus l. 1. de Doctr. Christ. c. 26.* Partim eadem statuitur norma & exemplar dilectionis proximi; ut non vicissim dicatur: *Diliges te ipsum, sicut proximum tuum.* *Magis enim mihi me debeo, quam hominibus ceteris*, inquit *Augustinus l. Retract. c. 8.* Unde inquit idem *Hom. 37.* inter 30. *Primum dilige Deum, deinde teipsum: post hæc dilige proximum tuum, sicut teipsum.* Ubi rursus observant Doctores ly sicut denotare similitudinem, non æqualitatem; uti frequentius sumitur in Scriptura *Matth. 5. Estote perfecti, sicut & pater vester &c.* Et alibi. Ideoque *l. de Diligendo Deo c. 1.* (qui est in appendice Tomi 9. operum *Augustini*) notatur, quòd proximum non jubeamur diligere, quantum nos, sed sicut nos; seu (ut *Prosper lib. 3. de Vita contemplat. cap. 15.*) secundum nos,

76. Ordo charitatis post Deum incipit à nobis ipsis.

nos, id est, secundo à nobis loco.

77. Bona porro nostra aut proximi, alia sunt spiritualia, alia corporalia. Spiritualia rursum alia sunt necessaria, ut vitatio peccati, observantia mandatorum, gratia & gloria: alia non necessaria, ut major perfectus spiritualis, seu status vitæ perfectioris, augmentum gloriæ &c.

In bonis itaque spiritualibus necessariis seu obligatoriis indubitata est charitatem obligare, ut nos ipsos præferamus proximo: tunc enim, si umquam, locum habet præceptum diligendi se primo loco. Deinde ipsa charitas Dei nos obligat, ne quid ejus offensivum fiat; prout esset, si nos ipsos in necessariis primò non curemus. Idem amplius patebit ex mox dicendis.

78. Hinc non possumus admittere peccatum, etiam minimum, quod omnibus peccatis maneat vera Dei offensa, v. g. mendacium, ut vitam etiam spirituales proximi, totum mundum salvem. Oppositum enim damnat Apostolus ad Rom. 3. reprobans eos, qui dicunt: *Faciamus mala, ut veniant bona.* Et Augustinus l. contra Mendacium c. 20. docet pro nulla umquam re esse mentium. Ratio est: quia charitas non potest me inclinare, ut faciam quod Deo displicet; prout displicet omne peccatum. Quin imò sic posset ex amore Dei quis ipsum offendere & injuriâ afficere: quod non tam esset ipsum amare, quam ejus indignationem provocare. Necessitas nihilominus posset interdum abstergere malitiam, quæ aliâ inest, v. g. in materia legum positivarum, in ablatione rei ad vitam necessariam &c.

Hinc etiam patet, charitatem nos semper magis inclinare ad faciendum id, ad quod hic & nunc obligamur, quam ad quodvis opus perfectissimum, nisi per illud simul satisfaceret obligationi: sic charitas magis me inclinât ut obediam superiori in re minima, quam ut castigam tempus in oratione, & contemplatione: item ut operando lucrer victum pauperi familiæ, quam ut orando interis officii dignis, quibus interesse non teneor.

79. Patet insuper, quòd vi charitatis permittere debeam potius cuique gratiam & gloriam, quam mihi perire: ut proinde non possim absolutè eligere carentiam gratiæ aut gloriæ pro salute proximi. Hoc enim placere nequit Deo, qui vult, ut potius cures, quòd ipsemet Deum diligas & assequaris, quam quòd alii. Neque id potest ad istum finem esse utile. Immo id necessariò præsupponit peccatum mortale, quod pro totius mundi salute committi non potest.

80. Solum est difficultas de Moyse Exodi 32. dicente: *Aut dimitte illis hanc noxam, aut, si non facis, dele me de libro tuo, quem*

81. *scripsisti.* Et de Apostolo ad Rom, 9. di-
cente: *Operabam, seu (et græca habent) Paulo optarim, ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.*

scripsisti. Et de Apostolo ad Rom, 9. dicente: *Operabam, seu (et græca habent) Paulo optarim, ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.*

Ad Moysem quod attinet (omissis aliorum expositionibus, signanter Hieronymi & Gregorii, qui censent ipsum petiisse deleri de libro vitæ corporalis per mortem, uti hanc petierat Numer. 11.) rectius cum Augustino q. 147. in Exodum & passim aliis, intelligitur fuisse locutus de libro vitæ, in quo se indelebiter conscriptum esse nocens, ex magna fiducia in Dei benevolentia, exaggerativè præmissa locutus est, non ita indicans affectum suæ separationis (quam sciebat illicitam & impossibilem) quam conjunctionis aliorum cum Deo, quod maximi erga Deum & proximum amoris indicium est, q. d. vel dele me cum illis (quod utique non facies) vel illis parce, quod consequenter futurum spero & desidero. Quemadmodum si rege in rebelles sæviens filius amicissimus clamaret: *Vel parce illis, vel potius me unâ cum illis trucida; quod utique scit non futurum, ideoque potius regem parciturum aliis. Quare per exaggerationem istam declarat se desiderare illis veniam, quasi propriam vitam & patris amicitiam.*

Apostolus per similem exaggerationem locutus est juxta Nonnullos; vel (ut alias expositiones minus probabiles omittam) potius desiderium fuit conditionatum, q. d. optarem ego ipse esse anathema, seu alienus & separatus à Christo, ejusque confortio, adoptione & gloriâ, quantumvis hæc bona tanta sint, si per legem & justitiam Dei liceret, possetque esse medium conveniens, ut fratres mei Judæi hæc ipsa bona consequerentur. Quæ sunt verba immensi amoris, & quidem erga persequentes. Ita explicant Chrysostomus, Theophylactus, Salsbouth, Estius, & alii.

Nihilominus licitum & laudabile potest esse, pro aliquo tempore velle pati dilationem beatitudinis, exemplo Pauli, Martini & aliorum Sanctorum. Quæ quidem dilatio potest esse proximorum salutem necessariam, & satis compensatur utilitate aliorum, ac proprii meriti incremento.

82. Si verò bona spiritualia sint non obligatoria, potes quidem alios citra peccatum præferre: cum sicut non obligaris ea procurare tibi neque aliis, sic possis ea pro libito rectè procurare aliis, etsi negligas procurare tibi ipsi. Hoc tamen non est juxta inclinationem consentaneam charitati, esto nõ obligatoria, sed hæc potius inclinât, ut ceteris paribus primò tibi de perfectionis incremento provideas. Dum nihilominus procuras bono zelo perfectionem proximi, etiam promoves tuam, isto opere charitatis, Quamvis propriæ perfectionis desiderium, ipsaque

In bonis necessariis obligamur nos præferre proximo.

Sic ut ne minimum veniale pro salute proximi possimus committere.

Necessitas tamen proximi posset interdum abstergere malitiam.

Charitas semper magis inclinât ad id quod hic & nunc magis obligat.

Ex charitate nequis eligi absolutè carentiam gratiæ aut gloriæ.

Proponitur difficultas soluta de

Quid Moyse petierit.

82. Quia Apostolus cupiens esse anathema à Christo.

83. Dilatio beatitudinis potest ex charitate interdum appeti.

84. In spiritualibus non obligatorius charitas inclinât, non necessitat nos præferri proximo.

iplaque perfectio sit aptissimum medium, ut eandem in aliis promoveamus: & interdum contingere possit; ut aliis praedicando ipsi reprobis efficiamur. Quibus merito ingeritur illud Christi *Mat. 18. Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animam vero suam detrimentum patiatur?* Regula autem generalis pra oculis habenda est; illud censendum esse secundum inclinationem charitatis, quod Deo magis placitum est, ut hic & nunc a me desideretur aut fiat.

Regula generalis.

85. In corporali bus bonum commune praferendum privato, pari necessitate existente.

In iis, quae non tenemur conservare, quis possit praferri proximo.

86. Vitam propriam pro aliena exponere an licitum.

Sententia negans proponitur.

87. Varias probationes examinatur.

Nunc de bonis corporalibus propriis & proximi pauca dicenda restant. Circa quae in primis ab omnibus admissum est; in pari & extrema necessitate bona fortunae, immo & vitam debere exponi privato pro conservatione reipublicae (idemque est de persona reipublicae necessaria) eo quod bonum commune sit praferendum privato, & pars exponenda pro conservatione totius.

Secundo in pari necessitate corporali praferre quis se ipsum potest alteri privato, immo hoc est consentaneum inclinationi charitatis, quae incipit a se ipso. Nihilominus si sint bona, quae sub obligatione conservata non tenemur, poterit proximus sine peccato praferri, dando v. g. egeno necessaria statui; si sermo sit de homine libero, non de patre familias, cui aliunde haec prohiberi possent. Alioquin ad summum posset reperiri in hoc quaedam prodigalitas, si desit rationabile expendendi motivum. Quam tamen maculam facile abstergit motivum virtutis misericordiae, seu sublevatio proximi, forte difficilius invidiam toleraturi, propriae patientiae & paupertatis exercitium &c.

Si bona sint ex obligatione conservanda, puta vitae seu corporis, quaestio est, an in aequali necessitate possit per se loquendo exponi vita propria pro conservatione vitae proximi, cedendo v. g. proximo panem, ne moriatur, etsi ego fame moriar. Et quidem si nihil aliud spectetur, id non esse licitum censet *Valentia d. 3. q. 4. p. 3.* dicens esse pieroramque Theologorum, hanc ordinem charitatis statuendum, ut primo Deus super nos diligatur, secundo nos ipsi quoad animam, tertio proximus qui juxta nos est, quoad animam, quarto vita corporalis propria, quinto vita corporalis proximi. Favetque *Augustinus de Mendacio c. 6.* de expositione vitae propriae pro aliena dicens: *Non est diligere alterum sicut seipsum, sed plusquam seipsum.* Quod sane doctrina regulam excedit.

Accedit ratio desumpta ex vita spiritali propria, quae non potest exponi pro aliena, seu postponi eidem. Sed haec ratio nimium probat: cum id nullo casu liceat; & tamen frequenter liceat mortem subire pro servanda vita proximi, etiam jux-

ta *Valentia supra*, cujus ista est ratio.

Aliter potest probari ex hoc, quod homo non sit dominus suae vitae, adeoque nequeat vitam suam pro aliena exponere. Sed responderent oppositum sentientes, non esse quidem ullo casu licitum directe se occidere, tamen hominem non teneri vitam suam conservare omni medio & occasione, sed posse eam exponere manifesto periculo, ipsique morti, habitam sufficienti ratione; qualis est mors proximi secutura. Prout non tenetur quis pati dolorosam abscissionem tibiae ut vitam conservet. Similiter famulus (in quo tamen concurrat obsequium fidei) licite se morti exponit ad tuendam vitam domini. Item licite quis non curat redemptionem sui tot impensis faciendam, ut deinceps miserè vita transigenda foret, licite non mutat patriam ad rem &c. Accedit, quod licite occidi me permittam ab invalore, ne ipse occidatur. Sed responderi posset, ibi intervenire mortem alterius meae actione causandam: non terror autem vitam meam conservare cum occisione alterius, quae adeo horrenda est. Deinde id suadet charitas, ut salvetur anima injusti aggressoris, cum ego alioquin confidam me esse in bono statu. Proinde sufficienter cetera.

Unde vitam propriam pro aliena licite exponi, nisi v. g. ego habeam familiam meam vitam indigentem, sim oneratus debitis aliis non solvendis, diffidam de bono statu, seu sufficienti ad mortem dispositioe &c, docet *Lessius l. 2. de Just. c. 9. dub. 6. Coninck d. 25. dub. 6. Arriaga d. 40. f. 3. subsect. 1.* dicens hanc sententiam esse communissimam in scholis. Juxta quos proinde ordo oppositus charitatis non est obligans seu necessitans, sed inclinans. Similiter *Augustinus* explicandus foret de excessu non peccaminoso: ut omittatur, quod istius libri magna pars in inquisitionis disputatione versatur, ut loquitur ipse *Augustinus 1. Retract. c. 27.*

Præterea inhærendo priori sententiae, adhuc advertit *Suarez d. 9. f. 3. n. 7.* Inhærendo vitam pro extraneo, eo quod inordinatio sit parva seu excessus modicus, qui ex pondere velut aequali vitae proximi quam plurimum alleviatur; immo si alia motiva jungantur, v. g. beneficia accepta, utilitas Ecclesiae vel boni publici &c, ex toto potest compensari, morsque citra propriam cooperationem honestè subiri. Quae doctrina *Suarez* probabilissima est. *Valentia* quoque & alii passim fatentur id esse licitum concurrente simili causa v. g. gratitudinis, pietatis, fidelitatis, amicitiae &c. eo quod tunc non tam proximus pra nobis, quam opus virtutis pra usura brevi vitae ametur.

88.

In quarum insufficientia suspensa sententia affirmantur.

89.

Inhærendo sententiae neganti, solidum esse culpam venialem, vel aliquam concurrentem causam nullam, non male sentis suaver.



90. Immo san-
ctæ vitæ ex-
ponitur,
concurrente
altiori mo-
tivo.
Quod va-
rius exten-
ditur.
plus doctri-
natur.

A fortiori quoque licet, immo sanctè
quis vitam pro proximi vita exponit, con-
currente aliquo altiori motivo honoris Dei
aut salutis animarum, vel boni communis.
Prout à Gregorio l. 3. Dial. c. 37. impensè
laudatur factum Sanctuli presbyteri, qui
se obruncandum obtulit Longobardis lo-
co Diaconi ab iisdem capti & occidendi.
Similiter celebre factum est Presbytero-
rum, diaconorum & aliorum fidelium
quàm plurimorum, qui cum pestis gra-
vissima Alexandria grassaretur morbo la-
borantibus spontè ministrarunt, mortem-
que libenter oppetiverunt, quos (ut habe-
tur in Martyrologio Romano pridie Cal-
Martii) velut martyres religiosè piorum fi-
des venerari consuevit. Prout & hodie lau-
datur charitas ministrantium peste labo-
rantibus, atque aded extremè indigentibus
subsidio. Quamquam ibi non tam
certa mors, quam ejus gravissimum pe-
riculum subeat, ex quo contingit varios
cripi.

91. In non ne-
cessaria bo-
num spiri-
tuale alie-
num postpo-
ni potest
proprio tem-
porali.

Necessitas
spiritualis
alia extre-
ma, alia
gravis, alia
levis.

92. Salus pro-
ximi præ-
ferenda bonis
corporali-
bus, etiam
vita pro-
pria.

Denique fieri potest comparatio bono-
rum spiritualium proximi cum corporali-
bus propriis. Et quidem augmentum fan-
ctitatis & gloriæ, ut non tenetur quis si-
bi procurare, sic nec proximo; quem pro-
inde quoad ista bona potest quis postpo-
nere propriis bonis temporalibus. Sed
quæstio movetur de proximis in necessitate
salutis (extra necessitatem enim cessat
obligatio) constitutis. Porò necessitas
proximi, alia est extrema, quando scilicet
nos potest à damnatione liberari, nisi tu
succurras: alia gravis, quando potest qui-
dem sine tuo auxilio, non tamen nisi ægrè
seu difficulter; levis, quando id facile sine
tuo auxilio fieri potest.

Regula itaque in generali apud omnes
recepta est, salutem proximi præferendam
esse bonis nostris temporalibus fortunæ &
vitæ, eaque in necessitate proximi esse ex-
pensenda pro salutis ejusdem consecutione.
Quod indicat Christus Joan. 15. Hoc est
præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut
dilexi vos, id est, eodem modo, adeoque
ut non solum bona temporalia, sed & vita
soluti proximorum postponatur. Idem ap-
pertè indicatur 1. Joan. 3. In hoc cognovi-
mus charitatem Dei, quoniam ille animam
suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fra-
tribus animas ponere, id est, mortem subi-
re, plus scilicet animam proximi, quàm
corpus seu vitam nostram diligendo, jux-
ta ordinem charitatis. Idem tradit Au-
gustinus l. de mendacio c. 6. dicens: Tempo-
ralem vitam suam pro æterna vita proximi
non dubitabit Christianus amittere. Deinde
subdit locum citatum Joan. 15. Et l. 1. de
Doctr. Christo c. 27. docet, quod sit amplius
alius homo diligendus, utique quoad ani-
mam, quàm corpus nostrum. Idemque dicitur
ratio, attentà immensitate boni æternæ

gloriæ, & irreparabilis ac incomparabilis
malæ damnationis, nec non paritate seu
exiguitate bonorum corporaliū.

Unde juxta communem Doctorum sen-
tentiam hæc regula locum habet saltem in
extrema proximi necessitate: gravior enim
& magis peremptorius casus assignari ne-
quit: unde aliàs præceptum & indigentia ne-
cessarium, si ne tunc quidem obligaret. De-
bet tamen moraliter constare de extrema
necessitate proximi & indigentia mei au-
xilii, ac de utilitate ejusdem, ut certo dis-
crimini quis se exponere teneatur. Estque
diligenter conferenda magnitudo pericu-
li cum certitudine fructus. Unde si fru-
ctus sit incertus, v.g. dubium sit, an me-
dia adhiberi poterunt, vel an sint profutu-
ra, & periculum sit certum, non est necessa-
riò adendum. Si fructus sit certus & peri-
culum certum, vel utrumque æquè dubium,
est locus obligationi: nam sicut in pari cer-
titudine, sic in pari dubio salus proximi
est promovenda & præferenda.

Hinc si infans esset moriturus sine bap-
tismo, nisi tu eum baptizes, teneris eum
cum vitæ periculo baptizare. Idem est si
ebrius aut phreneticus in mortali consti-
tutus à se aut aliis sit occidendus, teneris
cum periculo vitæ impedire, si potes. Vi-
get enim extrema necessitas, adeoque lex
Charitatis præmissa.

Multi alii casus à variis adferuntur, sig-
nanter à Valentia d. 3. q. 4. p. 3. sed ad
rem præsentem non facientes, utpote in
quibus non viget extrema necessitas, v. g.
dum quis ex ignorantia vincibili (à qua
utique liberare quis se potest, si sit vincibi-
lis) exercet contractum usurarium, in
quo creditur (quod utique certò non con-
stat) perleveratur, nisi tu succurras: dum
filia contra voluntatem à patre prostitu-
tioni traditur præ paupertate; quæ tamen
potest à consensu vincibili (à qua sciri
potest perleveratura. Quod si sermo
instituat de invalore, cujus ictum de-
clinare non potes, nisi occidas, minor est
apparentia extremæ necessitatis: invalere
enim potest ad invalidum abstinere, sicque
potius est extrema malitia, quàm extrema
necessitas.

Extra casum extremæ necessitatis non
est cogendus privatus pro salute proximi
vitam exponere, juxta Doctores commu-
niter. Obligatio enim ista foret gravissima,
à paucis servanda, quàm imponi non co-
gruebat, præsertim cum necessitates etiam
graves sint satis frequentes, & stet per
ipsum proximum, quod à necessitate aut
damnatione se eximat, par sustinendo in-
commodum.

Ad hoc nihilominus ex officio obligan-
tur Episcopi, aliique Prælati & Parochi
sive animarum curatores in gravi ovium
sibi commissarum necessitate (quæ est tem-
porè,

93. Saltem in
extrema ne-
cessitate.

Qualiter
de ea con-
sultare debeat.

94. Corollaria.

Vari casus
recenseri so-
li non con-
sistent ex-
tremam ne-
cessitatem.

95.

Extra ca-
sum extre-
mæ neces-
sitatis non
currit tan-
ta obligatio
in privati.

96. Currit tan-
ten in pro-
lati sep-
porè.

obligatio ex officio est si solum gravia necessitas.

porc peccatis, haereticis, persecutionis &c, quo multi aliis sine Sacramentis moraliter necessariis ad salutem morerentur & damarentur, aegre aut vix se valentes juvare) quando locum habet illud Christi Joan. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.

QUESTIO VIII.

De Ordine Charitatis inter Proximos servando.

Inter proximos esse servandum ordinem dilectionis ostenditur.

Ratio sumitur ex natura officii, juxta communem sensum ex pacto velut implicito, atque adeo jure divino exigentis, ut praedicti gregem pascant sibi commissum per se vel per alios & quidem cum vitae discrimine, etiam extra necessitatem extremam; in qua etiam obligantur privati quantum est cuique mandatum de proximo suo: cum tamen plus & ad amplius indubi teneantur praedicti ex officio. Propterea etiam accipiunt stipendia seu proventus. Quare nec poterit pastor necessitate occurrente, nisi idoneum suo loco relinquat, officio renuntiare; qui nec miles instante pugna renuntiare militiae: alioquin id agendo liceret huic veniente inimico, isti veniente lupo fugere more mercenarii, contra Christi doctrinam. Immo aliis nullus esset pastor obligatus assistere. Unde etiam privati non debent esse anxii in inquirendis proximorum spiritualibus necessitatibus, quasi non inquirendo peccent: id enim incumbit animarum curatoribus ex officio.

SUPPONENDUM in primo bonum publicum seu Communitatis praefendum privato proximi, quantumvis conjuncti, uti & bono proprio. Inter privatos proximos esse etiam servandum ordinem ex praeepto Charitatis seu misericordiae, tradunt omnes Doctores cum Hieronymo in illud Ezech. 44. Ad mortuum hominem non ingredientur, nisi ad patrem & matrem &c. Augustino l. 1. de Doctr. Christ. c. 28. & alibi, Glossa ordinaria in illud Cant. 2. Ordnavit in me charitatem. Et significat Apostolus 1. ad Timoth. 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior; utpote qui ductu naturae curam solet habere suorum, id est, propinquorum, & maxime domesticorum, id est, sanguine proximorum, ut sunt parentes, fratres, filii, nepotes, quod soleant domestica etiam habitatione conjungi; ut explicat Epius ibid. & faver contextus. Ratio est: quia cum post Deum quisque se primum diligere debeat, consequenter proxime post se diligere debet conjunctiores. Unde in pari necessitate indubitatum est, & ratio dicitur, non posse negligi vitam, aut salutem parentis, curando interim aliquem extraneum ignotum.

Qui in illa non possunt renuntiare officio.

97. Quid censendum est de privatis in gravi necessitate communitatis.

Quinimmo quando gravis est necessitas alicujus Communitatis, puta quando ipsa sibi non potest aliunde absque gravi difficultate providere, subveniendum esse a privatis, etiam cum periculo vitae, eo quod talis necessitas sit longe gravior privata, nec sit absque extrema necessitate multorum privatorum, docent Tannerus, Bonacina, Sylvius, Malderus & plurimi alii, & probabile censet Suarez d. 9. s. 2. n. 4. quamvis (inquit) alii oppositum judicent.

Neque id solum intelligendum est de majori dilectione quantum ad officia seu effectus charitatis, sed etiam de affectu, qui hoc ipso est appetitativus major, quo volo unum alteri in necessitate praeferre.

100. Quod non solum de effectu sed etiam de affectu quoad appropriacionem intelligendum est. Explicatur quaedam locutiones Augustini.

98. Ad quid renuntiat privatus in gravi necessitate spirituali proximi.

Est nihilominus in gravi necessitate spiritualis proximi obligatio subeundi aliquod damnum temporale, ut liberemus eum a necessitate: dicitur enim ratio & ordo Charitatis, ut aliquod dispendium patiamur in infimis, ad hoc ut proximus in necessitate gravi constitutus consequatur supremum bonum. Quantum autem exponendum sit, prudens judicabit spectata qualitate necessitatis patientis, auxilium praebituri, certitudinis de necessitate & fructu, & similibus circumstantiis. Qualiter denique tenemur non promovere, sed potius impedire peccatum proximi (qui utique proprie non necessitate, sed voluntate peccat) similiter prudenter ex circumstantiis dijudicandum est, & ex materia de Scandalo & Coreptione fraterna petendum.

Solum difficultatem quandam habet, quod Augustinus supra dicit: Omnes homines aequè diligendi sunt; subdens dein disparitatem quantum ad officia charitatis. Quod etiam facit l. de vera Relig. c. 47. Cum itaque omnibus, quos pariter diligit, praedesse malit, injustus est. Verum (ut dixi) in hac ipsa voluntate praeferendi conjunctiores involvitur major eorum appetitatio. Solum itaque vult Augustinus omnes pariter vel aequaliter diligendos, tum ex parte boni amati, scilicet salutis, & praecipue quantum ad substantiam, & generalitatem dilectionis, quatenus nullus est ab affectu generali excludendus, non autem quantum ad modum actus, seu intensionem vel appetitacionem.

101. Varias conjunctiones proximorum seu propinquorum concivium, commilitonum, amicorum, consodalium ejusdem instituti religiosi, profitentium eandem fidem, beneficiariorum ad benefactores, penitentium ad Confessarios, baptizato-